



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo  
Libros Distribvtvs**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

Svmmarivm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**

## S V M M A R I V M .

- 1 Quæ beneficia censeantur ad vi-  
etum sufficientia, & numer. 2. 3.  
& 4.
- 5 Nomine vietus, & substenta-  
tionis accipitur id, quo Benefi-  
ciatus indiget ad se, familiam  
que suam substentandam.
- 6 In hoc non habetur ratio patri-  
monij.
- 7 Non omne beneficium sufficiens  
ad ordinem sacrum sufficit etiam  
ad decentem beneficiary substen-  
tationem.

## C A P . IV .

Quæ beneficia censeantur ad vi-  
etum sufficientia .

- 1 Nhoc etiam diuersa sunt  
Doctorū sententia : alij  
enim dicunt, beneficium  
esse sufficiens , si affer-  
dat ad summam 200. florinorum,  
de quo vide Zerol. in Prax. Episc.  
par. 1. ver. benefic. 8. conclusio alij te-  
nent, beneficium valoris 15. librae  
Parisiensis dici sufficiens, ut re-  
fert Nauar. de orat. misell. 62. n. 3.  
Rico. in Prax. for. eccl. par. 3. resol.  
473. alij putant, beneficium suffi-  
ciens ad substentationem esse , si  
ex illo 100. ducati percepiantur, ut  
ex Cono. Tiro. suff. 24. de ref. cap. 13  
dicit Marcelli Vulp. in Prax. Iudic.  
for eccl. cap. 48. num. 59.
- 2 Verum quia hoc non est à iure  
definitum , beneficium sufficiens  
erit id, quod vir. prudens , & Bo-

nus arbitrabitur, esse tale habita  
ratione qualitatis personarum, lo-  
corum , & temporum: nam deter-  
minatio eorum , quæ indetermi-  
natè à iure statuuntur , relinqui-  
tur arbitrio boni viri Nauar. loco  
cit. misell. 62. nu. 5. & seq. Barbos.  
de off. & pot. Episc. par. 3. atl. 62. nu.  
11. Rico: in Prax. ut supra par. 2.  
ref. 439. Paris. de Resign. Benefic. lib.  
5. q. 6. num. 133. & seq. estimanda  
sunt etiam beneficiati merita, ac  
labores: ob hanc enim causam be-  
neficiatus , in quem meritorum  
prærogativa concurrit, plusquam  
alij eiusdem ordinis, & status, sed  
minus ecclesiæ viles , ad substen-  
tationem suam ex redditibus ecclie  
siaisticis accipere potest, idem Na-  
uar. intr. iof. de Reditsb. eccl. q. 1.  
monit. 36. nu. 3. Laymar. in Theol.  
mor. lib. 4. tract. 2. cap. 3: nu. 2. vers.  
insuper .

Quare Nau. de orat. Misell. 16.  
num. 7. Azor. 2. par. lib. 6. capit. 10.  
quæst. 9. Filii: tract. 41. cap. 7. q. 4.  
num. 20. quos refert , & sequitur  
Bonacinto. 1. in tract. de obligat.  
beneficii er. disp. 4: num. 2. num. 8. int.  
assignanda quantitate cuilibet Be-  
neficiario sufficiente hauc ratione  
habuerunt , ut scilicet, pro Ben-  
eficiario insimilæ sortis ea quantitas  
sufficiat , qua ipse, famulus unus,  
coquus , & equus ali possit : pro  
Beneficiario Doctori , aut simili  
ea quantitas satis sit , qua ipse, fa-  
muli duo, coquus, & equus in etate  
patriæ morem substentari queat :  
pro beneficiario nobiliore ea quan-  
titas ad vietum assignetur, qua ip-  
se , famuli tres, vel quartus , equi  
duo cum euntr. coquo , & Rho-  
da-